

הר בית יהוה

Seu

COLLATIO
PHILOLOGICO-
HISTORICO-
THEOLOGICA.

Loci Jes. II. 2.

De

Monte domûs Domini, cum Loco Josephi
Historici de eodem monte.

Quam,

Divinâ gratiâ fretus.

Sub Præsidio

Viri Reverendi, Clarissimi, Doctissimi,

JOH. BAPTISTÆ OTTII,

Pastoris Zolliconensis vigilantissimi, Professoris

Linguæ S. celeberrimi & nuperrime Templi Carolini
electi Diaconi meritissimi.

Placido eruditorum examini subjicit.

JOH. RODOLPHUS SEEHOLZERUS. SS. Theol. Cand.

Author & Respondens.

Ad diem Februarii. H. L. Q. S.

Coll. diss. A

07, 24

T I G U R I,
Typis HENRICI BODMERI.
MDCCVI.

Coll. diss. 207 (w)

F2.
150

H. #. t

V I R O

AMPLISSIMO NOBILISSIMO GRAVISSIMO
PRUDENTISSIONO, DOMINO,

D. JOH. HENRICO RHANIO,

Inclytæ Reipublicæ Tigurinæ Quæstori Ce-
lebratissimo, Mœcenati longè maximo, & multi-
jugi literarum scientiâ præcellentissimo,

Patrono suo æternùm su-
spiciendo.

Nec non

V I R O

VENERANDO CLARISSIMO DOCTISSIMO,

D. LEONHARDO ENGELERO,

Pastori Ecclesiæ Steinmuranæ vigilantissimo,
& Classis Regenspergensis Camerario dignissimo,
suo è Sacro Baptismatis fonte Susceptorи
fidelissimo, cognatōque ætatem
devenerando.

*Has studiorum suorum primitias, in debitæ
venerationis & gratitudinis σφαγίδα,
quo par est reverentiæ cultu D.D.D.*

Joh. Rodolphus Seeholzerus.

A. & R.



COL-

COLLATIO
PHILOLOGICO-
HISTORICO-
THEOLOGICA.

Loci Jes. II. 2.

De

Monte Domūs Domini, cum loco
Josephi Historici de eodem
monte.

I.

 Anaan, γη ἐπαρχειας Sancta illa, in qua Deus nobis Canaan & nomenque ipsius magnum erat, intra gradus lon- Jerusalem gitudinis 65. & 68. latitudinis verò 31. & 33. sita, umbilicus non solùm veteribus, sed & hodiernis Geographis orbis, τῆς οἰκουμένης nimirum orbis habitata. umbilicus orbis, τῆς οἰκουμένης nimirum orbis habitabilis veteribus cogniti non ineptè, etsi crassâ M. nervâ creditur. Hinc apud Bedam Presbyterum Victorinus Pictavorum Episcopus canit:

*Est locus ex omni medium quem credimus orbe
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.*

Eodem etiam modo Jerusalem כבוד ישראל non Judæe modò verum totius orientis urbium longè clarissima, Plinio: ὁμφαλὸς τὸ χωρὶς umbilicus Regionis, Josepho L. III. de Bello Cap. IV. cluet. Quemadmodum enim in medio corporis humani situs est umbilicus, ita & apud Latinos usus obtinuit, ut urbem vel locum in medio alicujus Regionis collocatum ejus umbilicum dicant, ut Cicero Ennam civitatem in medio Siciliæ sitam ejus Insulæ umbilicum vocat Orat IX. in Ver-

A 2

rem,

rem, sicut & aliâs S. Scriptura aliquid in medio collocatum dicit, quod ab aliis ex omni parte circumdatur, etiam si accuratius in Centro quasi eorum non sit, ut *Judæi in Babylonem deduci in medio Gentium esse dicuntur*, Ezech. 36: 23. Ita primogenito Israelis urbs hæc utpote optima mundi, promissa, & exhibita fuit à liberalissimo Deo tali in loco, ut *commodissimus illi in festis anniversariis tribus magnis ad urbem illam esset accessus*. Et quia umbilicus patens est & eminens in medio ventris, judicare hinc proclive est, de terra & urbis sublimitate, celsitudine & eminentia, excelsa quippe *Judæa*, comparata ad reliquas mundi partes, excelsa urbs, comparata ad reliquam terram Sanctam, excelsus denique mons templi, comparatus ad reliquam partem urbis. Quis enim Hierosolymam in montibus sitam & acclivem fuisse? Quis juga Sionis Acræ & Moriæ, & collem Bethzæ? Quis templum urbi supereminens nescit?

*Altitudo
montis do-
mûs Domini
Historica &
Typica.*

II. Celsitudo autem montis domûs templi Moriæ dicti, Septenii Spatio mirificè ei inaedificati, fuit & *Historica seu terrestris*, & quam maximè *Typica seu cœlestis*. Quod ad *terrestrem* altitudinem certè Solomonis templum in *celfissimo monte exstructum fuisse ex 2. Paralip. 3:1.* Sub his legimus verbis; *Cæpit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem בָּהָר הַמֹּרִיָּה in monte Moria*, missis in nominis hujus investiganda Etymologia discrepantibus Sententiis, Scopo nostro inservientem vocem derivamus ab Hebræorum רָאשׁ *quod dicitur vide-re*, ut mons istæ præ nimia sua celsitudine ita dictus, à multis studiis conspici, & in Provincia constitutis, & contra habitantibus, aut ab accendentibus cerni potuerit. Hinc LXX. illam vertunt per γῆν ἡψηλὴν, *terram altam & excelsam*, & Symmachus per γῆν ὀπίστασις *terram visionis*. Unde quibusdam in altum 400. Cubitorum extensus creditur. De *cœlesti & Typica* autem *montis domûs Dei* celsitudine propriissimè agit Jesajas Vates, in loco nobilissimo Prophetiæ ipsius Cap. I I. 2. contento. Ita tamen ut adoranda Dei προσώπαι aliiquid in *Typo terrestri* contigerit, quod σκιά, *umbra* esse potuit, *Montis Dei Spiritualis*, id est, *Ecclesiæ Novi Testamenti, supra omnes reliquos montes extollendi*. De *Typi terrestris* verò notificatione, Collatione cum Antitypo, ejusque similitudine & dissimilitudine, post genuinam loci datam explicationem, & ostensum vaticinii implementum, quantum tenuitatis meæ conatus permittent verba conscripturus ero.

*Vaticinium
Jesaja cum
ejus dirisio-
ne.*

III. Necessestas verò ante omnia postulat, ut verba vaticinii ex ipso fonte sistamus ita sonantia. וְהִיא בְּאַחֲרַת הַיּוֹם נְכֹזֶן יְהִי חַר בֵּית *Et erit vel fiet in extremo dierum ex aptatus erit mons domûs Jebovæ in Capite Montium, & sublatus præ collibus, & fluent ad illum omnes gentes.* Ad ac-curatiorem

curatiorem loci tractationem & intelligentiam distinguimus in egre-
gia hac promissione , de Regni Christi erectione , & propagatione.
I. Tempus implendæ promissionis. II. Promissionem ipsam duo-
bus membris, elevatione nimirūm montis domūs Domini,& afflu-
xu Gentium ad illum expressam.

IV. De tempore implendæ promissionis S. Vates his loquitur *Temporis*
verbis : **וְהִיָּה בַּאֲחֶרֶת הַיּוֹם**. *Et erit in fine dierum horum :* **וְי֥וֹם** dies Prophetæ
propriè dicitur tempus, quo lux Solis in aspectu est, cui opponitur *explicatio.*
לִילָה nox ; deinde cum dies numerantur dies singuli dicuntur ea
tempora, quæ habent unum diem, usque ad alterum scil. diem , la-
tius autem sumtum hoc vocabulum , tempus in genere diebus cir-
cumscriptum notat ; in textu non solùm mentio fit dierum , ut
lubricam de implendo Prophetiæ tempore vitam degamus. Sed
אַחֲרֵת יְמִין quo fides nostra in promissione Dei confirmaretur , di-
cit enim **וְהִיָּה בַּאֲחֶרֶת הַיּוֹם** *Erit in extremo vel fine dierum ho-*
rum. Notum est S. Scripturam distinguere tempora in duas classes,
ut cum non solum ipsi rata est **חוֹן visio**, *tempus visionis* **לְמוֹעֵד ad**
tempus definitum, Hab. 2:3. Quamdiu manet promissio, ut in re fu-
tura nondum satis clara cognitio , sed æstumatio & contemplatio
tantum sit, & tempus *obsignandæ* **חוֹן וּנְבִיא visionis** *& Prophetiæ*, cum
in Christo & regno ejus præsente Prophetiæ verificantur , neque de
ullo alio Regno futuro prophetia exspectenda est. Sed etiam Pau-
lus clarissimè nominat **καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα**, Hebr. 9:9. & **αιῶνα τὸν**
μέλλοντα, Ephes. 1:21. appellat. Unde distinctio **τόπος αἰώνος τόπος τόπος**
μέλλοντος, seculi hujus *& futuri* , ipsis etiam Hebræis , verbis **הַעוֹלָם**
הַזֶּה & הַבָּא seu **הַעֲתִיד לְבָא** admodum trita. Ubi prior tem-
poris pars notat, tempus Messiam & Regnum ejus præcedens , al-
tera verò ipsum concomitans & subsequens : Hinc quemadmo-
dum duplex temporis distinctio , ita duplex illius finis reperitur,
adeò ut phraseologia **בַּאֲחֶרֶת הַיּוֹם** dupli notione explicanda ve-
niat, quā tūm notatur fixorum dierum veteris nimirum foederis fi-
nis, cūm ultimorum dierum Novi foederis œconomia: Veteris Te-
stamenti & foederis finis est appropinquans Novum Testamentum
& foedus. Paulus enim *ex denominatione Novi foederis*, *quod Deus in-*
iturus sit cum spirituali domo Israelis & Iude, Jer. 31:31. infert Veteris
antiquationem *& abolitionem*, Hebr. 8:13. *η βασιλεία οὐ θεῖον regnum Dei*
consistens, καὶ δικαιωσύνη οὐ εἰρήνη οὐ χάρακας καὶ πνεύματι αγίῳ, Rom. 14:
17. promissionibus, figuris & umbris præstito tempore, signis om-
nibus, Genes. 49:10. Deuter. 30:1-6. Dan. 9:24,25. enumeratis,
præcedentibus , succedens , inque partibus suis Sanguine testatoris,
Matth. 26:29. ratificatum, & **חוֹם** anathemate terrâ percussâ, Mal.

4:6. plenè constitutum. Novi Fœderis & Testamenti novissimum autem est illa ipsa œconomia fœderis gratiæ sub N. T. perdurans eò usque , quo fatis Ecclesiæ in Apocalypsi adumbratis , impletis, Christus τὸν βασιλεῖαν τῷ Θεῷ , אֲמַתְּךָ הַיְהוָה תִּתְּרַדֵּת πάσι tradet , 1. Cor. 15:24,25. Tempus verò hoc dicitur novissimum ἐχάπιν ἡμέραν ad Hebr. 1:1. 2. Tim. 3:1. Quia nulla alia tempora his elapsis consequentur, sed sola æternitas cum his temporibus annectetur. Ut unico ergò verbo me expediam **אחרית הימים** in quibus erit vel fiet (sub intellige) vaticinii. § V. &c. explicandi impletio erunt illa tempora , quibus Veteri Testamento , & cum illo legali & Typicâ Oeconomiâ , jugóque servitutis abolito illuxit Novum Testamentum, dies gratiæ, veritatis, refrigerii, libertatis ; **שנת רצין**; *annus acceptus Domini*, Jesaj. 61:2. Dies quibus promissio de elevacione montis domûs Domini supra omnes montes, conversione & affluxu Gentium ad illum completeretur.

*Explicatio
ipsius Vati-
cinii.*

V. Trutinaturi vaticinium ipsum duobus membris enuntiatum occurrit. I. Elatio montis domûs Dei super reliquos montes his verbis **נכון יהיה הר בית יהוה בראש ההרים exaptatus erit mons domûs Jehovah in capite montium**. Facile hic patet duplii phrasim valtem elevationem hanc enunciare. I. Quidem per **נכון יהיה הר בית יהוה exaptatus erit mons domus Jehovah in capite montium**. Considerabimus more Logico subjectum prius , & postmodum subjungemus prædicatum ; subjectum est **הר בית יהוה mons domûs Domini**; **הַר Mons propriissimè hic notat tumulum**. Josepho Antiq. L. XV. XIV. *Illum Petricosum, arduum, à vertice sensim versus orientale urbis latus resupinum, cuius verticem primus Salomon Rex noster instinctu Dei muro circumdedit, mons aliás Moriah dictus, in quo Salomon Sacratissimum ædificavit templum, quod in oppositione tabernaculi, quia domus in fundamentis posita, à Salomone 1. Reg. 3:2. vocatur domus ; Hoc verò non negligendum, quod dicitur mons domûs Domini, nempe Deus non tantum voluit in illo habitare inter Cherubim, in **שכינה** Hebræis dicto & nube gloriæ ab Abarbanel verso , in quo quod Deus visibili & Majestatica humana specie insidens Cherubinis visus, fuerit alienum est, sed columna nubis ignisque solùm divinæ præsentia signum extitit , & ex quo Deus interrogantibus gratiōsè respondebat , sed etiam manifestari in carne, σκηνὴν ἐν οὐρανῷ ut videamus δόξαν αὐτῷ gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre, Joh. 1:14. Spiritum suum primitus effundere & legem suam fidei mittere ad omnes gentes. Jam prædicat S. Vates, de hoc monte domûs Domini **exaptatus erit in capite montium, כְּ וְמִגְּדֹלָה hic notantes Forerii spē-***

680

ἐλωσην Magnis Crit. Angl. in h.l. insertam , qui נכוֹן וְ refert ad
 הַרְכָּב v. i. Sic enim ipse, *possimus participium* נכוֹן post habita distin-
 tione Rabbinorum, cum præcedentibus conjungere: *Verbum quod vidit Je-
 sajas erit in postremis temporibus firmum seu ratum.* Sed quid juvat
 tam antiquam & longò seculorum cursu receptam lectionem & ac-
 centuationem in dubium vocare ? Nonne S. Scripturæ auferetur
 omnis fides & authoritas ? Nonne nasi cerei instar in dubium , va-
 rium, & sibi diversum traheretur sensum? Neque hunc series textūs
 sensum admittit , sed evacuaretur ille & corrumperetur , ut nem-
 nem latere potest ; Ordinem constructionis ergò servaturי כוֹן unde
 נכוֹן quia πλάσμαν , missis significationibus verborum seriei minus
 congruentibus , haud incommodè I. vertitur per *firmitatem* , ut de
 throno Davidis dicitur נכוֹן *firmus erit coram Jehova*, 2. Chron. 17: 5.
 Ita mons domūs Domini firmus erit, quamvis ab omnibus aliis oppu-
 gnetur , nulla vis, robur nullum ei tamen nocebit nulli insultus ad-
 versus ipsum prævalebunt, habet enim communionem cum Petra illa
 forti , fundamento fundatissimo revelato in hoc monte. II. Per *ex-
 aptationem, exornationem* ו illius πλείωσιν, *consummationem*. Ut mons
 domūs Domini instructus sit omni majestate & excellentia, hono-
 re & gloria, quæ ibi concentrantur, illumque totum consummant,
 & homines , his animadversis in sanctum stuporem abripiunt , &
 quidem בראש ההרים in capite montium , id est , sermone Hebræis
 trito , supra montes , & quia ראש etiam notat *summam κεφαλαιον* &
 κεφαλαιώματα , ut Psal. 119: 160. ראש דבריהם אמת *summa verbi tui est
 veritas*, id est , omne verbum tuum est veritas non incongruè ver-
 timus : Mons domūs Domini confirmatus & exornatus erit , præ
 omnibus omnino aliis montibus summatim etiam sumtis, ut nullus
 unquam in comparationis censem venire possit, non illi tantum in
 quibus idolatria olim exercita , *super quos Judæi exstruxerunt sibi
 excelsa* ו statuas , sed ne Sinai quidem, in quo Deus summa & ad-
 miranda gloria, magnificis signis loquens populo apparuit, & mon-
 tem decoravit, sed nondum ibi manifestatus & loquens omnis glo-
 riæ Dei & hominum verbum , liberationis & consolationis plenæ
 sermonem , Jesaj. 40: 1. 61: 1-3. Verùm experientiâ teste reperias
 colles, firmitate, soliditate, frugalitate & excellentiâ ne latum qui-
 dem montibus unguem cedentes , hinc præstantiam montis domūs
 Domini altera phrasi sic deprædicat vaticinando vates ו נשא מרכזיות
 ו elatus erit supra colles, נשא propriè est extolletur , *majus quid ha-
 bebit , illustrior* ו clarior fiet מרכזיות *præ collibus* , quod respondet
 וְהַרְכָּב ita ut nullus collis quantocunque modo etiam illustris
 cum hoc monte contendere possit , unde υψηλὸς & ἐμφανῆς LXX.
 altus,

altus, clarus & conspicuus in universo mundo existet, propter prædicationem Evangelii, inde non tantum ad Judæos, sed in universum mundum ad omnes Gentes cum potentia exituram, & gloriam Dei per Christum ad hominum Salutem manifestandam. Et ut in compendio dicam; Elevatio hæc metaphoricis verbis adumbrata notat, quâ mons domûs Domini sit gloriâ, honore, dignitate, & æstimatione superaturus omnes alios montes, i. e. maximam præ aliis omnibus, gloriam & dignitatem habiturus. Ut hinc risum debeant prisci Judæi, quorum oculis velamentum Mosis adeò impendet, qui sæpius ad literam vaticinia accipientes, referente Cl. Frischmutho. In Medrasch Tillim super Psalm. 88:1. Hæc posteritati reliquerunt stolida verba: *Futurum est, ut Deus adducat Sinai & Tabor & Carmel, dabitque Jerusalem in capite illorum, sicut dictum est, erit mons domûs Domini in vertice montium, quæ tantum notare, jam refutasse est.* Quod & cordatores eorum Magistri suspenso naso respuunt, cùm Rabbi Abarbanel ad Mich. 4:1. dicit: *Non est quod cogitemus montem domûs Domini locali aliqua altitudine elevatum iri, & tantum ratione structuræ.* Et Rabbi Aben Esra hunc in modum scribit: *In aprico est montem templi non elevari, ecce autem sensus est, nomen ejus ita percrebescet in longinquas oras, ut ab omnibus angulis sint ad eum accessuri, tanquam in omnium montium capite constitutum, & omnibus collibus altiore, ita ut eum omnes terrarum in colæ sint visuri.*

וּנְהָרוּ אֶלְיוֹ כִּל הַנוּיִם
Secundum promissionis membrum ita sonat, *Et fluent ad illum omnes Gentes*, iterum perpendimus prius subjectum postmodum prædicatum, נְנוּיִם, *Gentes* propriè sunt multitudo magna hominum, cognata moribus, proprietatibus & linguis, ab aliis omnino distincta, quia autem non omnes Gentes sunt populus aut Gens Dei, ideò נְנוּיִם, *Gentes* frequenter in S. Scriptura veniunt pro populis, familiis, Gentibus, quæ non habent Deum Regem, quales etiam hic intelliguntur, quæ demum *in fine dierum elato monte domûs Domini ad illum fluent*, & ne ἀκάρπως veniant mutua Ἀδεκλήσι. semetipsas *ad frequentandum montem domûs Domini exstihilabunt*, v. 3. & ipsos Israelitas invitabunt, *ut secum ambulent in luce Jehovah*, v. 5. quod Paulus explicat ad Rom. 11:11.14. Unde Judæi ipsi hominem qui non est Israelita vel Judæus גֵּנוּי, *Gentilem* vocant, quorum proprietas est εἶναι ἀμαρτιῶτες, peccatores esse, sive tantum peccare, Gal. 2:15. Rom. 3:7. Coll. Ephes. 2:12. In hoc subiecto insuper non negligenda particula universalitatis כִּל הַנוּיִם, *omnes Gentes*. Ubi universale omnis ut in Scholis loqui amant pro generibus singulorum, non pro singulis generum, i. e. non omnibus omnino hominibus, sed pluribus undique accendentibus, sumitur. Generalis enim hæc

hæc est particula universalitatis index, non quidem complectens si-
 ne exceptione omnes, omnem tamen διαστάσην, distinctionem tollens;
 cùm, tum temporis convertendarum Gentium, inter nationes, linguas,
 tribus, populos, Apoc. 5:9. servum, liberum, marem & fæminam, Gal. 3:
 28. Senem, adolescentem, filium, filiam, servum & ancillam, quæ nimi-
 rum sunt superstites & vocatæ Gentium, Joel. 2:32. Amos. 9:12. Act.
 15:17. Ταὶ εἴθιν τῶν ζωγράφων, Apoc. 21:24. Tum Gentium ad finem
 mundi, adhuc convertendarum, quo fiat ut πληρώσῃ ἡ οἰκουμένη, intret,
 Rom. 11:26. Hisce Propheta adscribit affluxum, וְנוֹהָר֙ אַלְיָה֙, & fluent
 ad eum scil. montem domūs Domini, נֹהָר֙, torrentium proprium est,
 quod affluentiam & instar fluminis cum celeritate cursum, sive mo-
 tum spontaneum, ac minimè violentum, conjunctum in uno velu-
 ti corpore, uberrimum, indesinente, ad unum terminum tenden-
 tem, notat; ut sensus verborum καὶ ἐμφάσις expressus hic sit: Gentes
 omnes, i. e. plures & plurimas, summa animi propensione & prom-
 titudine, nulla vi externa coactas, sed tamen necessario Spiritū S.
 tractu, naturæ nostræ suavissimè accommodato, motas, nemo enim
 potest ἐλθεῖν venire, nisi Pater qui misit Filium ἔλπισῃ traxerit eum, Joh.
 6:44. celerrimo cursu, difficultatibus posthabitatis, remorisque trans-
 scensis omnibus, desiderio & fide eadem conjunctas, catervatim
 cum sociis suis, alias post alias Gentes, sine ulla intermissione, ut
 nullæ supersint, quæ non accesserint, eundem montem adituras,
 invisuras, ibidemque commoraturas esse.

VI. Verùm ne corticem tantùm arrodamus, nucleumque ne-
 gligamus, accuratori examini subjicimus quid S. Vates, per montem
 Domini, & montem domūs Domini intelligat. Aperuimus § 5. propriissi-
 mè montem huncce domūs Domini fuisse Sion Generaliori, Specialiori N. T.
 verò significatu *Moria*, in quo Salomon sumtuosissimum illud Hie-
 rosolymitanum templum Typicum ædificavit; sed dubio procul
 cuivis, cuius facies velamine Mosis non tecta est, ad semitas Dei re-
 spicienti manifestum erit, mentem suam Prophetam longè alio,
 quam ad huncce montem & templum intendisse, Vaticinantem
 quippe Vatem, non de præsentis sui, vel mox sequentis, sed de lon-
 gè posterioris *in fine dierum*, demum accendentis i. e. sub N. T. tem-
 poris tractu vides, neque intellexisse templum materiale in monte
 exstructum animadvertis, debuit quippe juxta Vatem *confirmari in*
capite montium, omnesq; gloriā superare, at illud suo tempore in totum
 destruebatur, *ut ne quidem lapis super lapidem relictus fuerit, qui non dis-*
solutus fit, Matth. 24:2. & domus hæc cum monte à Domino de-
 buit derelinqui, ut illa planè fieret deserta, Matth. 23:38. Luc. 19:44.
 quæ fuerunt לְהַלִּיכֹת עֲוֹלָה, abolitiones seculi ipsi, ut in æternum

Mons do-
 mūs Domi-
 ni notat Ec-
 clesiam

B

cum

cum fidelibus suis non amplius ad tale templum in monte exstru-
ctum rediturus sit, quemadmodum audita vox est μεταβαινωμενοι εν-
τευχει, migremus hinc, teste Josepho, quo impleretur dictum Jehovæ,
Cælum est solium meum, Eccl. Jes. 66:1. Quis denique, cùm gentes
tam frequentes & catervatim ad eum montem ituræ dicuntur, de
monte & templo ipso tantum intelligi non posse observat? Quia
tum Gentibus ad eum accedere sine omni causa nefas fuit, cùm do-
mus illa cùm monte turmas has capere nequivit: Observamus er-
go alium montem domus Domini qui cluet Ecclesia, & Ecclesia qui-
dem vera N. T. Psal. 15:1. 125:1. Jes. 4:5. 23:13. Ezech. 28:24.
Hebr. 12:22. Quæ montis solidissimi instar Petrae salutis ædificata,
ut sit domus Dei, Ephes. 2:22. congregans se; & congregata, ad ver-
bum Dei solius audiendum, jussa faciendum, solum caput Christum
sine aliis Principibus & legibus cognoscendum, sed solum profiten-
dum ut legitur Jesaj. 33:22. Jehova est Judex noster, Jehova est Le-
gislator noster, Jehova est Rex noster.

*Mius deno-
minationis
rationes.*

VII. Non verò sine fontica causa Ecclesia Novi Test. appellatur
mons Dei, & mons domus Dei. I. Mons vocatur, quia cognoscitur,
conspicitur & illustris est in mundo, quat. est innumerabilis mul-
titudo Deum & Christum cum Spiritu S. cognoscens, glorificans,
& adorans, urbs ἐπάνω ὅρες καιμάν supra montem posita, quæ κρύψανται,
occultari nequit, Matth. 5:14. II. Ecclesia Christi Mons vocatur ob
immobilitatem, firmitatem & constantiam, est quippe ædificata ἐπὶ^{τῇ} πέτρᾳ, in כוֹר עוֹלָמִים Petram Seculorum, Jes. 26:4. Alborū τὸν ζῶντα,
lapidem Israelis Jesum Christum, καὶ πύλαι ἀδεὶς κατακύρσασιν αὐτῆς
& portæ inferni non prævalebunt ipsi, Matth. 16:17. id est, omnis vis
& potentia, robur inferni ac Satanæ in inferno degentis, ipsius
technæ & fraudes, malitiosæ hominum artes, infernalis potestas,
quæ in Regno Antichristi obtinet, quod civitas illa magna cuius
origo ex inferis, quæ intra portas & pomeria sua, ut nova Babylon,
& secunda Ægyptus cingit Ecclesiam, non prævalebunt Ecclesiæ, non
superabunt, non vincent illam, Christus enim cum ea est omnibus die-
bus usque ad consummationem seculi, sed ruptis tandem illis, victrix
existet, extollebit, & equitabit supra excelsa terræ. III. Ecclesia monti
comparatur, & quidem Sioni suavissimè, cuius quasi appendix mons
Moriah in quo templum ædificatum, quia Ecclesia Novi Test. ut
terrestris mons Sion a. est delecta Dei habitatio, in qua Deus in me-
dio illam regit verbo & Spiritu suo. b. Verus mons Sanctitatis Jeho-
væ, in quo Deus Sanctitatem suam singulari modo manifestavit, no-
men suum in passione & obedientia filii sui sanctificavit, ita Jeho-
va exercituum exaltatus Judicio & Deus fortis sanctissimus sanctifica-
tus

tus justitia, Jes. V. juxta vaticinium, Ezech. 36:23.25. c. Civitas fundata supra fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ubi Jesus Christus lapis angularis, Ephes. 2:20. d. Civitas Regis & quidem ejus, qui est genus & radix Davidis. IV. Ecclesia mons cluet, quia est incrementum fidelium, qui à Sione Monte primitias Spiritus S. accepterunt, ut crescant in montem sanctum & sanctificatum Domino, è quo splendeant instar gregis caprarum, inque quo dilectus ejus ut binnulus Cervorum versetur, hinc Apostolus sanctificationem injungens, tanquam motivo accessu fidelium ad huncce montem Sionis, & civitatem Dei vivi utitur, Hebr. 12:14.22. V. Monti Sioni specificè assimilatur, quia quemadmodum ille habuit aliquando arcam solam, sine Tabernaculi Mosaici apparatu, non in penitissimum sanctuarium reconditam, sed proxime inter homines versantem, & canticis solemnibus celebratam, sine Sacerdotii Aharonici servitute, eo nimirum tempore; quo David arce Zionis captâ, arcam Dei è Kiriath-Jearim, è domo Aminadab repetere statuit, sed Usa percutso à Deo נֶל הַל propter errorem, depositus in domo Obed Edom, ob intellectam verò domûs Obed Edom benedictionem propter exceptam arcam, post 3. menses in civitatem David plenè illam transportari decrevit, Tabernaculo Domini interim, quod fecerat Moses in deserto, & altare Holocausti in tempore illo existentibus in Celso in Gibe, ut videre est 2. Sam. 6. 1. Chron. 13. 15. 16. Cap. Ita Ecclesia Novi Testamenti habet arcæ illius ex lignis Sittim, id est, Cedro optima, naturâ suâ oleosa & odora, auróque purissimo inducta, confectæ, antitypum, fructum terræ cum multitudine & copia donorum Spiritus S. Jesaj. 4:2. 61:1. circumdatum auro optimæ & divinæ naturæ, putta Jesum Christum iu divina natura humanam in unitatem personæ assumptem, qui postquam Sanctuarium Sanctitatis suæ, ex consilio pacis, Zach. 6:12. deseruit, in mundum venit, & ἵλασθεον factus ē μάκρη propitiatorium in Sanguine, Rom. 3:25. Mosaicum apparatus, intolerabili cum jugo & servitute abolevit, propositus est publicè quasi in medio cum potestate accedendi illum μετὰ παρρήσιας, in fiducia. Notificè autem S. Vates huncce Ecclesiæ montem appellat montem dominus, propter typum, quia in summo Moriæ jugo fuit area templi quadrata, & de hinc per varia atria perpetuis gradibus ventum ad domum, templum, integris lapidibus sine malleo aut securi, aut ullo instrumento ferreo exstructum, stupenda pompa & ornatu, ingenitique auri summa decoratum, quod gloriæ & pulchritudinis Ecclesiæ Novi Test. in summo montium exstructæ typus est, quæ ex fidelibus tanquam tot vivis lapidibus sine armorum vi, tantum per verbum & Spiritum Dei ædificata fit dominus Spiritualis, 1. Pet. 2:5. & exuberantibus

berantibus Spiritūs S. donis plurimis, auro pretiosissimo præstantioribus exornatur, in qua Deus gratiā & gloriā suā, tutelaque Sanctorum Angelorum suorum, qui sunt πνεύματα λειτουργικά, Spiritus ministeriorii missi ad diangivā Salvandorum, Hebr. 1: 14. ut in templo per arcam & Cherubinos habitat, ita amoenissimè Antitypus, typo, σῶμα, corpus, τὴν σοιόν, umbræ respondere debet. Hisce verò nondum omne absolutum, Ecclesia insuper dicitur mons Jehovæ, & mons domus Jehovæ, Jehova enim fundavit illam, Jehova coagmentavit illam, Jehova collegit illam, ipse enim in Emphasi Jesus Christus, ait Deus exercituum, est ille, qui prodibit ex visceribus David & edificabit domum Domino meo, 2. Sam. 7: 12, 13. Vir cuius nomen πνεῦμα germen, edificabit templum Domino, Zach. 6: 12. Sapientia edificavit domum, Prov. 9: 1. non χειροποίησον, manibus factam, in quibus & καλοκαι non habitat, Act. 17: 24. Sed Spiritualem, Ecclesiam, cuius πεχυτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, Hebr. 11: 10. ipse enim dicit ὁ ἀρχομένως, edificabo Ecclesiam meam, Matth. 16: 18. quod Paulus ad Eph. 2: 20, 21. impletum dicit. Imò Jehova habitat in ea, & propria ipsius hæreditas est, hinc vocatur civitas Dei vivi, domus Dei, Hebr. 3: 2. Hierosolyma cœlestis, Hebr. 12: 22. & Ecclesia Dei & Christi, Act. 20: 28. Matth. 16: 18.

Gloria N.
T. supra
montes &
colles meta-
phoricis
verbis de-
scripta cum
affluxu gen-
tium ad
N. T.

VIII. Hisce perpensis S. Vatis lineaे nos ducunt ad considerationem gloriæ, majestatis & dignitatis Ecclesiæ Novi Test. supra montes & colles metaphoricis verbis descriptam, quod illius præcellentiæ complimentum sit; ut verò clarè rem sistamus, nosse oportet montium & collum Hieroglyphicum; Notum est Sapientissimum Deum in S. Pandectis suis, pañim varias & tantas mutuare similitudines à stupendo opere suo creationis, ut facile animadvertere possimus, ipsam creationem theatrum multivarix & stupendæ Sapientiæ Dei existisse, ita montes & colles in creationis secundo die per Dei imperium producti, Symbola sunt magnorum & excelsorum regnum, quæ præminent in mundo, qualia esse possunt, tum Davidis, tum Christi, tum Antichristi, tum aliorum in mundo, ut videre est Psalm. 68: 16. Dan. 2: 35. Zach. 4: 7. 6: 1. Cant. 2: 8. Jes. 40: 4. 45: 10. &c. colles verò sunt minores diæceses & Republicæ, quemadmodum enim I. plures Petræ, terræ massæ, cumuli invicem conjuncti & elati colleū vel montem, ita plures homines, domus, pagi & urbes invicem fœderatae Regnum constituunt. II. Populi & Regna mundi, regno Christi sæpius obstant, cursum & pomeria ipsius quantum in se impediant, Psal. 86: 17. ut montes & colles excelsi viam in rebus sæpius magnis perficiendis inviam reddunt. Præcellentia ergò Ecclesiæ Novi Test. consistit in eo, quod gloria, dignitate, excellentia & majestate major & præstantior sit omnium aliorum Regnum, Principatum

&

& Rerumpl. hujus mundi, de qua nitidè etiam loquitur, Jesaj. Cap. 40. qui ministerio Johannis Baptiste, Prodromi Christi indicato, v. 3. Conf. Matth. 3:30. 11:14. statim subnectit, omnis vallis attolleatur, Et omnis mons collisque deprimetur, Et abibit quod curvum est in planum, Et salebrosa in convallē, quia revelabitur gloria Jehovae, & Haggæus Cap. 2. Ubi, cum Judæi moras necterent in ædificando templo, visum & optimo Deo illos solari & hortari, ut alacriter in structura pergerent, se enim cum verbo i.e. filio suo, per quem loquutus est, Et Spiritus S. ipsis adfuturum, cœlum & terram commoturum, adeoque hæc cum aliis juxta effecturum esse, ut gloria templi hujus, cuius tūm aspectu in mœrorem conjecti, cùm defectu quinque rerum, quæ erant *Urim* Et *Tummim*, *Spiritus S. ignis cœlestis*, שׁכִינָה S. *gratiosa præsentia Dei*, *Arca fœderis cum propitiatorio* Et *Cherubim*, contrastati fuerant, major esset futura, quam prioris, quia nimirum *Dominus gloriae* ibi manifestatus, infans illuc allatus, vir cum stupore omnium docuit & miracula patravit, unde in complimento gloriæ montis, id est, Ecclesiæ Novi Test. ut lux & splendor illius prodit, *Iesus Christus*, κύρος τῆς δόξης, 1. Cor. 2:8. Messias, cum illustravit Ecclesiam præsentia suā, in Sione Rex Regum, & Dominus dominantium manifestatus est, habitavit, suam maiestatem conspicendam dedit, ut gloriam unigeniti à Patre, locutus est verba Patris, nomen Dei patefecit, justitiam Dei prædicavit, morbos sanavit, elegit sibi comites, qui verba, facta, passiones & gloriam Regis omnibus sub sole gentibus nota facerent, animam dedit λύτεον, maledictionem, servitutem, jugum, iram abstulit, conciliavit mundum Deo, æternam justitiam, pacem, gaudium & gloriam attulit, ascendit in Cœlum, sedit ad dextram Dei Patris, Ecclesiam suam exornavit, Spiritum S. die pentecostes, tum signo venti, tum ignis in Apostolos qui aliis loquebantur linguis, & magnalia Dei annuntiabant, mox in alios ut crederent Evangelio effudit, ut inaudito cum successu in unica concione Sancti Petri ad tria millia omnis ordinis, conditionis & sexti Christo Deo, & Regi suo, præstiterint homagium, & montem Ecclesiæ condecoraverint, gloriæ denique suæ & Ecclesiæ invidentes reprobavit, hostesque omnes scabellum pedum suorum fecit; Quemadmodum verò mons domus Dei adventante Christo summâ gloriæ impletus, ita, affluxus gentium statim illam secutus, tanquam μυστικον, quod ἐπέχεις γεννεῖσθαι, in præcedentibus ætatibus non notificatum fuit filiis hominum, Eph. 3:45. nimirum in impletione, quæ ultimis demum temporibus reservabatur, quibus gentes, Ecclesiæ stipiti inseri, & ad meliorem naturam redigi debebant, eæ nimirum, quæ in æterno Dei testamento hæredes vitæ adscriptæ, in tempore tum

per præconium verbi, Röm. 10:14. lingua ipsis familiari & nota, Jesaj. 28:11. 1. Cor. 14:21. cùm per Spiritus Sancti alloquium & vim potentem, quale Dei verbum est, quo vocat ea quæ non sunt, ut sint, Rom. 4:17. vocatæ sunt, quarum ἀπαρχαι primitiæ extiterunt Cornelius & domus ejus, cum Spiritu Sancto & aquâ baptizati & Petro indicatum ex visione nil impurum habere, quod Deus sanctificavit, Actor. 10. mox Paulus & Barnabas Apostoli præputii facti & à Gentibus rogati sunt, ut ipsis etiam exponeretur Evangelium promissionis, quod receperunt, quot ad vitam ordinatæ erant, & ita Ecclesia fide in Christum, indies magis magisque in montem Dei excrevit, ut etiam remotissimi hominum ad illum affluxerint, Paulus quippe solus testatur se εν δυνάμει, σημειων, καὶ τεργίτων, εν δυνάμει πνεύματος Θεοῦ, inde ab Hierosolyma, εν κίκλῳ in circulo usque in Illyricum per 350. millaria omnia Evangelio Christi implevisse, Rom. 15:18, 19. alii alibi opus officii sui in fide & sinceritate peregerunt, ut ad montem Ecclesiæ mox confluxerint ex universo orbe homines innumeri, ut summo jure hinc Apostolus scripsit, Coll. 1:23. *Evangelium prædicatum fuisse omni creaturæ sub cælo :* & Tertullianus secundo jam seculo vivens meritò adversus Judæos gloriatus fuerit, lib. adv. Judæos Cap. 7. his verbis: *Christi Regnum ubique porrigitur, ubique creditur, ab omnibus Gentibus, ubique colitur, ubique regnat, ubique adoratur.* Cæterum non mirum videri debet, quod gloria Ecclesiæ Novi Test. & in ea Gentium conversio, ritibus & exercitiis Judaicis exprimatur, cùm enim tum temporis quo Propheta de Messiae ætate vaticinatus est, nonnisi unica Religio vera, eaque Judaica in mundo vigeret, Religio quoque à Prophetis, quam Gentes professuræ erant, ad meliorem populi intelligentiam iis titulis describitur, licet Judæi & Gentes, tum unum eundemque cultum divinum, rationalem & cœlestem habitaræ essent, adeoque non tam ad id quod totidem verbis dicitur, quād quod fieri debuit respiciendum est.

Præparatio
ad Indica-
zionem typi
terrestris.

IX. Quemadmodum autem mons dominus Domini, qui figura Ecclesiæ Novi Test. supra reliquos montes, id est, Regna & Principatus dispensi, ordinari, collocari & extolli debuit εν ἀληθείᾳ in veritate, spiritualiter & mysticè, ita persimiliter imperscrutabili providentiâ divina factum fuisse legimus, ut etiam terrestris mons dominus Domini aliquando palpabiliter & Geographicè, ut ita loquar, elevatus fuerit supra montes reliquos, ut hoc ipsum dubio procul Judæis Symbolis assuetis unà cum promissione typus, præcursor & prodromus esset spiritualis & veri implementi vaticinii de Regno Ecclesiæ Novi Test. supra reliqua Regna extollendo.

X. Lo-

X. Locus typi hujus terrestris, extat apud Celeberrimum Judai- *Typus ipse
Josephi
verbis tro
latius.*
carum Antiquitatum Collectorem Josephum, Lib. XII. Cap. IX. pag.
373. editionis latinæ Frobenianæ, Cap. autem XI. p. 447. ejusdem
libri, editionis Græco-Latinæ Genevensis: Ubi de Simone Macca-
bæo, quem Hasmonæum vocant, arcem Hierosolymorum diruente,
ita scribit: *Visum est ei operæ pretium, si mons quoque in quo sita fuerat
arx complaneretur, ut solum templum emineret, effecitque id commemo-
ratis pro concione malis, quæ à præfidiariis in eam diem Judæi passi fue-
rant, quæque etiam in posterum ferre cogerentur, si externus aliquis Prin-
ceps ei loco imponeret præsidium, adeoque permotus est ejus exhortatione
populus, ut non intermisso per triennium neque die neque noctu opere, tan-
dem ad planitiem eum locum indefesso labore per vices sibi succedentes
redegerit, atque ita nihil reliquerit, quod obstaret, quo minus templum
omnibus in urbe locis esset longè celsius: vel ex Ruffino ut eminentius
templum excelleret, arce vel monte depositis. Καὶ τὸ λοιπὸν ἔξειχεν, ἀπὸ τὸν Ἱερὸν τὸ ἀνεγένετον τὸ ὄρος, εφ ὃν ἀνηρημένον.*

XI. Ut verò evidētia rei hujusce pateat, illam cum suis cir- *Loci Josephi
cumstantiis quantum fieri potest compendiosè tradere oportet. plenior illu-
Notum est Hierosolymam IV. montibus inædificatam, variis hostium stratio.
insultibus expositam, urbem & montem Sionis præcipue, in quo arx
Davidis posita, quæ Judæorum summum erat præsidium in obsi-
dione & expugnatione Nebucadnezaris fuisse dirutam, ut Josephus
Lib. antiq. X. Cap. X. testatur, dicens: Babylonius misit Principem mili-
tiæ suæ Nebuzardam in Jerusalem, ut exspoliaret templum, præci-
piens ei ut & illud incenderet, & Regalia pariter, & urbem eius ἐδαφοῦσαι
καθελῆ ad pavimentum usque deponeret, quod anno 18. Regis sui effecit,
aureis & argenteis vasibus sublatis, templum & regalia succedit, καὶ τὸν
πόλιν κατέσπεψεν & urbem diruit, postmodum ille Zedekiam vincitum
& excœcatum, unâ cum Judæis in captivitatem Babyloniam abdu-
xit; quo tempore urbs illa maledictioni exposita, avibus & bestiis
transitum vix præbuit, potestate verò à Cyro Rege Persarum Ju-
dæis data, elapo LXX. secundum prædictionem anno, Duce Zeru-
babele & Josua Pontifice, Judæi innumeri ex servitute liberati, do-
mum reversi, urbem cum templo, non tamen sine magnis impedi-
mentis restaurarunt, & Religioni suæ litarunt. Labentibus verò
Sæculis prodidit Antiochus Epiphanes (scil. qui in morbo pediculari
mortuus) Radix peccatrix, Rex Syriæ, qui domi usus fortunâ pro-
sperâ, expeditionem Ægyptiam tentavit, captus ejus Regionis cu-
pidine, & contemta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis
nondum idonea, magno cum exercitu Ægyptum occupat, Regem
subjugaturus, sed omnes ejus conatus unica Romanorum denuncia-
tionem*

tione repressi sunt , ita ut jam occupata omnia reliquerit , Reversus verò ab Ægypto ad urbem *Jerusalem* movit exercitum , & Dominus illius factus , expoliavit templum , variaque summè horrenda perpetravit , καὶ τῇ κατω πόλει ὠργόμοντεν ἀκεχειν , in inferiore urbe arcem condidit , erat enim editiore loco sita ipsi templo imminens , qua propter bene prius firmata mœnibus ac turribus Macedonicum præsidium imposuit , unde Græci Judæis vehementer infesti erant . Eandem verò Antiochi Epiphanis Historiam referens Scriptor , Libr . I . Maccab . C . I . v . 35 , 36 , 37 . sic scribit : *Et ædificarunt urbem Davidis magno muro , turribus munitis ,* Ἐ fuit illis in arcem , Ἐ posuerunt illic Gentem peccatricem , viros iniquos , Ἐ convaluerunt in illa , Ἐ posuerunt arma , Ἐ videtur Ἐ congregantes Spolia Jerusalem reposuerunt illic , Ἐ factum hoc in magnum laqueum Ἐ insidias sanctuario ; *Quod si jam hæc accuratius inter se conferamus , videbimus Scriptores hosce in omnibus maxime congruere , unico in eo distantes ; Quod Scriptor Lib . Maccab . in civitate David fundatam Arcem in insidias Sanctuario , Josephus verò in inferiore civitate , eò quod templo imminaret locus ille sive mons Acra affirmet . Ille quippe Lib . VI . de bello Cap . VI . ita scribit in descriptione Hierosolymæ : *Ipsa urbs Hierosolyma quidem super duos colles erat condita ,* (duos colles vocat totam civitatem , nempe collum Sion & Acram , quia reliquos his annumerat tanquam eorum partes) , *contrariis frontibus semet inspicientes , interveniente valle discretos , in quam domus creberrimæ desinebant , collum verò alter in quo superior urbs sedet multò est excelsior ,* Ἐ prolixitate directior , adeoque ut quoniam tutus erat , castellum à David quondam Rege vocaretur , à nobis autem forum superius , quibus verbis montem Sionem , qui ad meridiem situs erat descripsisse videtur Josephus , Coll . I . Sam . 5 . 7 . 9 . I . Reg . 8 : I . ut ex singulis ejus circumstantiis conjicere licebit , Alter autem , ita pergit , qui appellatur Acra inferiorem sustinet civitatem , Ἐ undique declivis est , contra hunc autem tertius collis erat natura humilior quam Acra , Ἐ alia lata valle ante divisus , verùm postea qua tempestate Asmonæi regnabant , Ἐ vallem aggeribus repleverunt , ut templo conjungerent urbem , Ἐ Acræ altitudinem cœsam , humiliorem fecerunt , ut ex ea quoq[ue] fanum supereminens cerneretur . Sed ut horum conciliemus textus , Arcem Antiochi cum Præsidio Macedonio in altero urbis monte , nempe Acra sive Salem in inferiore urbe sitam fuisse , & Scriptorem Libri Maccab . urbem Davidis latiori significatu , ad notandum totam urbem Jerusalem sumfisse afferimus ; Non solùm enim situs urbis & montium magis astipulari videntur Josephi testimonio , quoniam mons Acra propinquior est templo , mons vero Sionis ad meridiem totus patet , mediis interjacentibus totius templi ædificiis , qui adeoque*

que longius à templo distabat. | Quod Celeb. Coccejus aduersus hypothesin Viri Cl. sui temporis ex plerisque Hebræorum scriptis haustam pluribus argumentis probavit in Psal. 48. & post eum Campadius Vitringa in Lib. de templo Ezechielis Tom. I. Cap. IV. | Ita ut, qui Hierosolymitanæ arcis præsidium tenebant Macedones, non facile impediri posse viderentur, templi aquilonaris ingressum, qui frequentissimus fuit, nec tam multa Judæis inferre incommoda excursione in eos, qui sacrorum causa templum adibant, juxta Joseph. Lib. Antiq. XII. Cap. XIV. Sed etiam quamvis olim urbs illa, quæ in monte Sion exstructa fuit, peculiari ratione urbs David dicebatur, Reg. 5:7.9. tamen sicut Sionis nomine tota urbs cum omnibus suis collibus comprehenditur, ita tota urbs quæ Davidis tempore ædificata fuit, urbs Davidis appellatur, quod si non ita accipiamus, pluribus de hac materia in S. Scriptura difficultatibus occurrere nequimus; hinc ipse Josephus hanc eandem arcem, arcem generaliter Hierosolymam sæpius nuncupat; Sed ut ad nostrum redeamus propositum, rebus Judæorum conclamatis, occurrebat familia Maccabæorum, quæ animo, fortitudine, constantiâ invictâ, bellis cruentis, collapsa erexit, nec politiam tantum, sed & Religionem restituit, ita ut primus illius Matthias vel Matthatias auctoritate cæteris potior, à quodam, mandato Regis Antiochi jussus ad exemplum aliorum profana sacra facere, in illum irruerit cum suis filiis eum trucidaverit, exclamaveritque, si cui est cordi Religionis incolumentis me sequatur, de hinc varia & cruentissima bella Judæos inter, Antiochi & Successorum exercitum gesta, donec Jonatha capto & occiso à Tryphone, Simonéque totius populi acclamatione & gaudio principatu potito, collectis quotquot ex suis ad militiam essent idonei, aggressus est Hierusalem mœnibus cingere, communire celsis & validis turribus. Eo tempore Tryphon Rex Syriæ Ptolemaide prefectus, magno cum exercitu venit in Judæam, volens ascendere Hierosolymam, at Simon ei occurrit, & perpetuò eum consecutabatur, castra castris illius imponens, illis interea qui erant in arce Hierusalem prohibebatur regredi & ingredi Regionem, emere ac vendere, quapropter necessitate coacti, Tryphonem urserunt, ut properè sibi commeatus mitteret, juslit paratum esse equitatum, quasi eadem nocte venturus Jerusalem, sed multa nive per eam noctem delapsa, viâque operta, irritum factum ejus propositum, & motis inde castris in Cœlesyriam rediit, ipseque Antiochiam se contulit, Simon interea devastavit Gazaram & Joppen & Jamniam, faméque non solum ad deditioem compulsum fuit præsidium Macedonicum, sed etiam ne in posterum, inde templo in ejus parte septentrionali sito periculum immineret, hanc oppo-

C

oppo-

oppositam arcem diruit, totumque montem complanavit, quo factum ut templum cum monte suo emineret præ reliquis montibus & collibus.

Tres obser-
vationes ex
Jesaj. &
Joseph.
locis hausta.

Similitudo
I.

XII. Ex hoc Josephi loco, latius diducto, si eum cum vaticinio Divino conferamus tres observationes, juxta quas in duabus quidem cum vaticinio Jesajæ & Historia Josephi aliquid similitudinis, in tertia autem mirum quantum differentiae & dissimilitudinis situm est, haurire non ineptum erit.

XIII. Similitudo aliqua inter utrumque est, quod attinet *tempus preteritum*, nam quemadmodum *mons domus Domini*, qui extollendus erat supra *reliquos montes*, prius erat *depressior* aliis existentibus *eminentioribus* à quibus variè infestabatur; Ita Ecclesia Novi Test. in initiis nimicum suis erat mons humilis & ad alios collatus non eminebat, μικρὸν ποιμνίον, tūm *ratione numeri*, tūm *auctoritatis* & *dignitatis*; *numeri*, principio quippe tantū erant 12. Apostoli, secuti 70. discipuli, post Christi ascensionem numerabantur 120. fideles, mox adjecti ad petri concionem 3000. conversi, *Conditionis auctoritatis*, auctor & caput Ecclesiæ hujus erat putatius Faber lignarii filius, imò ipse ὁ τέκτων, Marc. 6:3. Apostoli ipsum in sequentes spreti ab omnibus, sine potentia, auctoritate, potestate, sapientia & eruditione, *piscatores*, *publicani*, *Galilæi*, *infantes*, *lactantes*, imò mundi purgamenta, sine omni externo & terrestri præsidio, omnibus expositi, mirum! tales sunt primitiæ credentium, qui nomen Dei ferre debebant ad Gentes, Regnum Satanæ oppugnare, Regnum Christi è contrario dilatare. *Mons* verò *Judæorum* erat elatus quoad *politiam* & *Ecclesiam*, quoad *illam* I. divina benedictione populus post captivitatem Babyloniam ita fuit adauctus sub secundo templo, ut quasi infinitus præ superioribus ætatibus consiperetur, adeò ut extra terram suam in *Babylone*, *Arabia*, *Syria*, *Asia*, *Ægypto*, *Græcia*, *Italia* liber habitaret cum exercitio sui cultus in Synagogis, ut Justinus summo jure Lib. 36. referat, *Judæorum vires tantas fuisse*, ut post hunc (Antiochum pium vel sedetem) Demetrii Nicanoris fratrem, nullum Macedonum Regem tulerint, domesticisque imperiis usi, Syriam magnis bellis infestaverint. II. Quamvis juxta prædictionem Jacobi, Genes. 49. טבר Sceptrum, in captivitate Babylonica jam à Judæis recesserit, à quo tempore in vite Israelis non fuit virga roboris & Sceptrum ad dominandum, Ezech. 19:13. habebant adhuc tamen suum פָּרָמֶל legislatorem, synedrium suum constans triplici ordine ex שְׁבִיל vigile, עֲנוֹת respondente, & מִנְחָה מִנְשָׁך munus offerente, qui tunc majori autoritate pollebant, quam unquam Regum tempore, & Judæi omnes uni tunc suberant senatui, sive intra,

sive

sive extra Judæam habitarent. III. Juncti erant foederibus & amicitiæ florentissimorum Principum & populorum, quemadmodum enim ad prioris templi splendorem faciebat à Tyriis adjuvari ejus ædificationem, ita multum addidit gloriæ templi secundi imperio & concessu trium Monarcharum ædificari, muniti, à Romanis defendi, & gloria affici. IV. His accedebat potentia eorum summa, qua gentes vicinas armis subegerunt, juxta vaticinium, Mich. 4:13. Zach. 10:7. 12:6. quæ impleta legimus Joseph. Antiq. Lib. XIII. Cap. XXIII. V. Populus in genere patriis ritibus assuetus, fuerat infinitus, vitam in externis degebat satis placidam & florentem, abundabat omni copia temporalis benedictionis, hinc illi tempori adscribitur, *Butyrum & mel*, Jes. 7:15. Quoad hanc habebant adhuc templum suum satis splendidum ab Herode renovatum, quod ad priscam illam Solomonis amplitudinem & magnificentiam proximè accedebat, Josephus quippe Lib. VII. de bello Cap. X. illud nominat opus omnium quæ audivimus & vidimus maximè admirabile, tam destructionis genere, quam magnitudinis, item munificentiae in singulis rebus; huic accensenda varia anathemata inter quæ eminebat mensa aurea cum apparatu suo, à Ptolemæo Philadelpho Ægypti Rege donata Joseph. Antiq. XII:II. Hanc antecellit *vitis aurea*, quæ sub templi porta fuit, de qua idem Joseph. Antiq. XV:XIV. & alibi de bello Lib. VI. Cap. VI. & XIV. quibus affixi hærebant, in illis stupebant, gloriantur, ad talia infinito numero confluabant non solum Judæi domestici, sed hinc inde dispersi, qui sacrorum communionem in festis Hierosolymam proficiendo, observabant, & etiam mirabantur & deprædicabant discipuli Christi, Luc. 21:5. II. habebant Pharisæos & Scribas suos in *Cathedra Mosis* sedentes, quibus populus sub pœna mortis obedire tenebatur, habeant suos ζοφες, γερουατεις & συγνηταις & αιωνιοις τετρα, qui omnium gentium Proselytos in Synagogis suis erudiebant, accedebat denique sacri Codicis in Linguam Græcam translatio, bono *Hellenistarum & Ægyptiorum*, unde indies monti Judaico affluxerunt plurimi. De montis celsitudine Gentilium verò qui verba faceret Noctuas Athenas ferret, quis enim in toto eum mundo patentem & celsum, quis infinitos eorum Deos, delubra, oracula, imperatores, præfectos, magos, Poetas, Legislatores, Sacerdotes, haruspices, augures, Philosophos, Ictos, potentiam potestatemque summam ignorat? Ab hisce montibus mons Ecclesiæ humilis Novi Test. variè & vehementissimè infestabatur, ut ipse mons templi ab eminentioribus. *Judei* primùm quidem plusquam Diabolico in Caput Ecclesiæ Christum furore sævierunt, neci eum tradiderunt, mox *Apostolos & discipulos ipsius* aggressi, qui sua ipsorum & aliorum cor-

pora hostiam vivam, placentem Deo sistere volebant, quos carceribus incluserunt, flagellarunt, lapidarunt, trucidarunt, Christianos ubique etiam atrociter persecuti sunt, tum in Palestina, tum extra eam, ut passim ex Actis Apostolorum patet. Non minore etiam odio flagrarent in Christianos *Gentiles*, in decem illis majoribus & gravioribus persecutionibus, inde à Neronis prima, usque ad Diocletiani decimam omnium aliarum atrocissimam, per decem annos continuos, ubi sævitum in templa, in libros S. in Christianos Magistratus, in Doctores Ecclesiæ, in privatos, in sexum omnem & ætatem, nullo non genere suppliciorum excogitato, qua tempestate omnis ferè sacro martyrum cruento orbis infectus est.

Similitudo

II.

XIV. Quòd si ulterius consideremus, rem ab ipso Simone gestam, alia insuper amœna elucet analogia, nam ut *templum cum suo monte* emineret, oportebat *rasuram oppositæ arcis* & *montis fieri*, ita etiam ut *mons domiñs Dei, Ecclesia Novi Test.* superaret & emineret supra montes reliquos & omnes ad eam confluenter, oportebat montes ei oppositos *Synagogam Judaicam & Gentilium vim destrui*, oportebat monti huic dici μεταβητι καλεσθεντι, debebat mons magnus igne ardens conjici in mare, Apoc. 8:8. qui dubio procul sunt Judæi, cum templo, Republica & Regione quæ omnia *ignis iræ Divinæ* occupavit, Jesaj. 42:24, 25. Manifestum quippe omnibus, propter varias tyrannicas à monte Judaico Christiano illatas infestations, tum Christum reprobando, templum Dei polluendo, (*quemadmodum inter ipsos Judeos vetus & tritus sermo fuit, urbem Jerusalem vastatum & sanduarium combustum iri post pollutionem templi Dei*, Conf. Joh. 2:19. à domesticis manibus factam, Teste Egesippo Lib. 5:2.) cùm Ecclesiam Christi mirum in modum perturbando & persequendo, nomen ejus sub cœlo delendo, Deum in cœlis sedentem risisse & subsanâsse tales, Romanus quippe exercitus sub Vespasiano mox Tito filio: immensa copia populi ad festum Paschatis celebrandum in urbe Jerusalem præsente, subito advenit, urbem cinxit, omnem aditum & exitum præclusit, Metropolim expugnavit, diruit, vastavit & incendit, ne templo quidem frustra id moliente Tito parcens, quo impletur vaticinium, Matth. 24:2. Ita urbe & templo incensis, cultus illorum cessavit ritualis, defecerunt Pontifices, desierunt Doctores, rejectum Synedrium, confusæ sunt tribus & familie, consecuta tandem universæ Gentis captivitas, abdicatio & servitus, dum cœlo folique suo extorres toto orbe vagi, miserrima fata ubivis agitanda habent. Nec, monte Ecclesiæ Novi Test. radicato, & eminere incipienti, firmus & conspicuus mansit, mons Gentilium, oracula quippe (ut utar verbis Cl. D. Suizeri νῦν καὶ αἰοῖς, Orat. de Incess. in Sanct.) facta sunt

sunt muta , delubra Dæmoniorum desolata , aræ crux & nidore æstumata , jam spretæ , idola fabrorum opus despota , Sacerdotes numinum humano censu talium despœcti , & omnis vanæ Religionis apparatus algâ vi- lior fatus est ; unde Proceres & Senatores Rom. non pauci , in initio statim Evangelii prædicati voci ejus aures substrinxerunt , & quamvis montis hujus collis politicus , Christianis longius plusquam satis infestus fuerit ; Constantini Imperatoris tamen ad fidem Christianam conversi & Successorum tempore , sacratissimis constitutio- nibus & edictis , pro libertate Christianæ Religionis , proscriptione Gen- tilissimi , conversione idoleorum , prævia expiatione in Ecclesiæ Christianas , admissione Christianismi in aulas Imperatorum , Scholarum Christianarum erectione , bonorum Ecclesiasticorum in usus Ecclesiarum concessione , aliis funditus extirpatus solisque adæquatus , contra mons Christianæ Ecclesiæ in toto mundo conspicuus factus fuit .

XV. Ut autem in his commemoratis aliqua similitudo est , ita dissimilitu- quoad statum qui futurus erat , tota & omnimoda dissimilitudo exi- stit , nam etiamsi Simonis Ducis & Pontificis tempore , quo corpo- ralis יְמִינָה liberatio Zionis obtigit , mons cum templo emineret , & arx & mons ei oppositus deprimarentur , factum tamen est re- bus Judæorum in deterius ruentibus & ruinæ proximis , ut sese mon- tes alii rursus extollerent , arcésque infestæ templo imminerent , quod ex eodem Josepho habemus Antiq. Lib. XVIII. 6. & belli VI. 6. & paucis ita contrahimus : *Hircanus Pontifex Maccab. exstru- xit prope templum in rupe quinquaginta cubitis alta & undique abrupta in angulo duarum porticuum , quæ ad Occidentem & Septentrionem spe- ðarent turrim Bari dictam , Ponticum Asmoneorum sedem , ubi in cella ei usui destinata Pontificis stola adservabatur , hanc Herodes largis reno- vavit opibus , & Antoniam in honorem Antonii vocavit , palatum ipsum instar turris toto habitu formatum , quatuor aliis per angulos turribus cingebatur , quarum cæteræ quinquaginta cubitis erant altæ , quæ verò ad meridianum orientalemque angulum sita erat LXX. cubitis eminebat , ut ex ea totum templum videri posset , qua verò porticibus jungebatur , utrinque descensus habebat , unde custodes comeabant , semper namque in illa Romani milites residuebant , & cum armis appositi custodes , ne quid popu- lus festis diebus novi committeret , observabant , castrum enim erat impo- fitum oppido quidem templum , templo verò Antonia . Betzetha autem collis ab Antonia separabatur , qui cum omnium esset altissimus , etiam parti novæ civitatis conjungebatur , temploque septentrionali solus obstabat .*

XVI. Non ea ratio est montis domus Dei spiritualis & mystici , qui postquam semel eminere cœpit , nunquam amplius deprimitur ; Sponsus enim Ecclesiæ statim post ejus in cœlum ascensionem , saliit Ecclæ se- met elata , non am- plius depri-

super montes, et saltavit super colles, Cant. 2:8. ipsaque Sponsa alacribus assimilata est equis, Cant. 1:9. & quamvis labente tempore Romani Imperatores filium non osculati fuerint, & eo tempore Ecclesia ascendebat ex deserto Gentilium velut suffumigata elationibus fumi, suffumigata myrba et thure, Cant. 3:6. mox tamen Constantini Magni tempore pax Ecclesiæ concessa est, ascenderunt in montem hunc magni & parvi, integræ nationes, Reges & Principes, Barbaræ adhuc gentes in Asia, Africa et Europa, innumeri privati ex Gentilismo, Judaismo, Arianismo volentes erudiri de viis Dei & ambulare in itineribus ipsius, ita pilus Sponsæ extitit, ut gregis caprarum splendentis in Gilead, Cant. 6:4. Cum verò magna Scortatrix Babylonica insidens septem montibus elata, mons Ecclesiæ summè quidem pressus & vix conspicuus fuit, donec laudatissimo opere Reformationis, mons Babylon in humum projectus, Ecclesiæ mons sese reostendit, eminuit, & stupendo progressu supra omnes alios excrevit, qui etiam custodia Dei munitus, in secula permanebit, plantator enim et conservator ipsius Deus est, Act. 20:28. fundatus est in Petra, Petra æterna, fundamento optimo fundato, Jes. 28:16. quo nunquam propter meritum suum carere potest, nec concedere, ut alii ipsum superent, semperque infestent, quia aliâs in cassum laborasset, cui nec pluvii, venti et fluvii nocere, Matth. 7:25. nec portæ inferorum prævalere possunt, Matth. 16. Est similis monti Sionis, qui non dimovebitur, sed in seculum permanebit, Psalm. 125:1. Etsi commutaret terra locum suum, aut dimoverentur montes in maria, tamen civitas Dei latatur, Jehova Zebaoth in medio ejus est, et sublimatio illius Deus Jacobi, Psal. 46:3. 6.

Vaticinium
Jesaj. non
fuit imple-
tum factio-
simonis.

XVII. Non verò inde habet Judæus quod putet sibi in loco Josephi aliquid refugii inveniri, ac si in eo quod Simonis Maccab. tempore contigit *vaticinium* Jesajæ implementum suum habuerit; nam I. Ex ipsorum Judæorum confessione *בְּאַחֲרִית הַיּוֹם* *ad tempus Novi Test.* adstringitur, unde Rabbi David Kimchi ad hunc locum apertere dicit, *ubicunque extat בְּאַחֲרִית הַיּוֹם ibi tempora Messiae intelliguntur*, clarum verò est Messiam ab hoc facto, demum elapso uno & dimidio circiter seculo in lucem editum fuisse. II. Vaticinatur *elevatione montis domus templi supra omnes montes et colles* vates, quod ipsum sibi ex ipsa Josephi Historia contrarium esset, rebus enim Judæorum sub lapsis *Arx Antonia templo imponebatur, et collis Bethzethæ septentrionali illius parti obstabat infensèque illi adversabatur*, ut § 18. ex Josepho docuimus. III. Tipula levior, sensuque omni destituta esset *vaticinii impletio*, si oporteret in hac externa altitudine stupere, vel quorsum? Mons enim quo altior sublimiorque est, tanto accessus ad culmen ejus difficilior molestiorque; vel quid? Quod edi-

editiora depressis loca , fulminibus , tonitribus & ventis magis obnoxia sunt, juxta illud Horatii , feriunt summos fulmina montes . IV. Eo ipso tempore quo elatus mons domus Domini , debebant confluere ad illum omnes Gentes , at Simonis Maccabaei tempore τῷ μεσοτοῖχῳ οὐ φέργυμα paries intergerina per carnem Christi nondum erat soluta , Ephes. 2:14. adeoque Gentibus ad templum Judæorum confluere catervatim , Judæisque cum illis communionem habere nefas fuit . V. Ipsi Judæi , quantum ex lectione in lucubrali collatione hac mea consecutus, hactenus de hoc nunquam cogitarunt . VI. Denique ex eventu cum videant , montem suum dejectum , Sionem corporalem eversam , templum dirutum , ad montem autem nostrum fieri confluxum illum populorum lapidem ex monte excisum , i. e. Jesum ex Judæis oriundum in magnum montem exrevisse , oporteret sane eos Jesu Nazaræo palmam præbere , filium osculari , & nobiscum ad montem illum confluere .

XVIII. Neque attinet cogitare atque objicere , eam quam nos *Objectio*
Pontif. ali-
qua dilini-
tur.
ex pura verbi divini prædicatione , Sacramentorum genuina administratione , disciplinæque Ecclesiasticæ justo usu esse veram Ecclesiam , non esse eminentissimam montium , sed abjectam , vilem , contemptam , arctis limitibus constrictam , depressam , opibus & magnatibus mundi orbata , membra ejus , ut passeres pallantes in monte suo , quos mundus rideat , imo lilium convallium , quod faciunt rugosæ meretricis ætatis lenocinium sensim amittentis pictores , eminentiam Ecclesiæ , ad visibilitatem , palpabilitatem , imperium mundanum illustre , & splendore externo coruscans , pompam gloriam & externam majestatem alligantes , hocce nomine nobis insigniter insultantes ; Verum talis purpurata meretricis , quam castæ Christi Sponsæ certior nota est , et si inducat se dibapho , ornet ornatu aureo , laceret fuco oculos , in vanum se reddit pulchram , respununt tamen amasii illam , Jerem. 4:30. & ea , quæ de monte domus Domini supra reliquos montes celsiore ediximus , non de statu externo pomposo , multum splendoris præferente intellecta volumus , non enim Christus regio apparatu in hunc mundum venit , neque ἡ βασιλεία Θεοῦ μετὰ παρεκτησίως ita ut observari possit , Luc. 17:20. hinc ipse Christus profitetur Regnum suum non esse de hoc mundo , imò tantum abest ut regnum externum erigere voluerit , cùm potius sacrorum illud Regnum , & nomen humanum , quod in mundo adhuc extabat , abrogaverit , everterit , & sub cœlo deleverit , sed eminentia hæc & celsitudo consistit in spirituалиbus & internis , nam filia Regis est tota gloria intus , Ps. 45:14. tum à parte Dei in ipsa Regis Regum Jesu Christi visitatione , merito & expiatione peccati , adductione æternæ justitiæ , gratiâ & favore perenni , tum

tum à parte hominis in ejus per verbum & Spiritum vocatione, regeneratione, fide, justificatione, adoptione, sanctificatione denique glorificatione, vel ut Apostolus loquitur, *in justitia, & pace, & gaudio per Spiritum* S. Rom. 14:17. Summa in fædere Dei, quod Deus cum homine ad ipsius salutem iniit, quæ omnia sunt firmiora montibus, juxta effatum *Jehovæ miseroris nostri*, Jes. 54:4. quamvis montes recederent, & colles dimoverentur, tamen benignitas Dei non recedet & fædus pacis meæ non dimovebitur.

Ecclesiæ ultima elevatio & gloriæ fæcacio. XIX. Pleniori tamen modo mons domus Domini, elevabitur supra omnes montes; quando agnus in monte Sionis stans, Apoc. 14:1. Ut in votis est, bestiam septem montibus insidentem una cum Regnis suis τῇ ἐπανάστασις αὐλῇ abolebit, 2. Thessl. 2:8. & ad eas angustias rediget, ut dicant montibus & Petris cadite super nos, & occultate nos à facie ejus, qui sedet in throno & ab ira agni, Apoc. 6:16. Plenissimè autem id fiet, quando Jesus Christus voce Archangeli & Dei tuba omnibus omnino hostibus prostratis, victis & condemnatis, electos suos ex omnibus tribubus, gentibus, familiis & linguis ad se rapiet, ut sint ubi ille est, in monte magno & excelso, in rupe quæ major, quam ut hostes illam descendant, in cœlo supremo, majore luce, serenitate, gaudio fructuri, quæ tres Apostoli in transformatione Christi εὐτῷ ὅρῳ τῷ ἀγίῳ, & habitaturi in loco gloriæ, sede Dei Triunus, Sanctorum Angelorum & Spirituum consummatorum. In quorum in triumphante Ecclesia, in celissimo cœlestis gloriæ monte societatem si quando recipi gestiamus; opus est militantis Ecclesiæ per veram fidem & solidam pietatem membra simus, adventumque illustrem Domini in timore & tremore operantes, salutem nostram exspectemus. Juxta illud divi Hieropsaltis:

*Sanctæ Sionis templa quis incolet
Rex magne tecum? Quem statues tuum
Sanctum super montem, ut malorum
Liber agat placidam quietem?
Quem fraudis expers simplicitas juvat,
Urgetque rectum propositi tenax:
Nec mente sævus grata blandam
Edocuit simulare linguam.
Nec ore mendax exitiabiles
Concinnat artes: nec mala proximis
Excogitat, nec dulcem amicum.
Opprobriis maculat pudendis:
Qui fastuosum despicit impium,
Dei timentem suspicit & pium:
Tenaxque promissi, fidemque
Indocilis temerare pactam.
Qui non egenos fœnore perdidit,
Non innocentes munere prodidit.
In monte sancto, hæc qui peregit,
Perpetua requie fruetur.*

F I N I S.

Coll. diss. A. 207 misc 24